

ÉRTEKEZÉSEK

A NYELV- ÉS SZÉPTUDOMÁNYOK KÖRÉBŐL.

KIADJA A MAGYAR TUD. AKADÉMIA.

AZ I. OSZTÁLY RENDELETÉBŐL

SZERKESZTI

SZINNYEI JÓZSEF

OSZTÁLYTITKÁR.

XXI. KÖTET. 1. SZÁM.

DE OVIDIO ELEGIÆ IN MESSALLAM AUCTORE

SCRIPSIT

GEYZA NÉMETHY

ACADEMIÆ LITTERARUM HUNGARICÆ SODALIS.

*Commentatio in consessu Academiae Litterarum Hungaricae
die 2. Novembris a. 1908. recitata.*

Ára 60 fillér.

BUDAPEST.

1909.

Értekezések a nyelv- és széptudományok köréből.

- I. k. I. Télfy**: Solon adótörvényéről. 20 f. — **II. Télfy**: Adalékok az attikai törvénykönyvhöz. 20 f. — **III. Tárkányi**: A legujabb magyar Szentírásról. 40 f. — **IV. Szász K.**: A Nibelungének keletkezéséről és gyanitható szerzőjéről. 20 f. — **V. Toldy F.**: Tudománybeli hátramaradásunk okai, s ezek tekintetéből Akadémiának feladása. 20 f. — **VI. Vámbéry**: A keleti török nyelvről. 20 f. — **VII. Imre S.**: Geleji Katona István főleg mint nyelvész. 60 f. — **VIII. Bartalus**: A magyar egyházak szertartásos énekei a XVI. és XVII. században. Hangjegyekkel. 1 K 20 f. — **IX. Toldy**: Adalékok a régibb magyar irodalom történetéhez. 1 K 20 f. — **X. Brassai**: A magyar bővített mondat. 40 f. — **XI. Bartalus I.**: A felsőaustriai kolostoroknak Magyarországot illető kézirati- és nyomtatványairól. 40 f. (1867—1869.)
- II. k. I. Matray G.**: A Konstantinápolyból legujabban érkezett négy Corvin-codexről. 20 f. — **II. Szász K.**: A tragikai felfogásról. 40 f. — **III. Joannovics**: Adalékok a magyar szóalkotás kérdéséhez. 40 f. — **IV. Finály**: Adalékok a magyar rokon-értelmű szók értelmezéséhez. 40 f. — **V. Télfy**: Solumos Dénes költeményei és a hétszigeti görög népnyelv. 40 f. — **VI. Zichy A.**: Q. Horatius satírái. 40 f. — **VII. Toldy**: Ujabb adalékok a régibb magyar irodalom történetéhez. 80 f. — **VIII. Gr. Kuun G.**: A sémi magánhangzókról és megjelölésök módjairól. 40 f. — **IX. Szilády**: Magyar szófejezetek. 20 f. — **X. Szénássy S.**: A latin nyelv és dialek-tusai. 60 f. — **XI. Szilády Áron**: A defterekről. 40 f. — **XII. Szvorényi J.**: Emlékbeszéd Árvay Gergely felett. 20 f. (1869—1872.) — **III. k. I. Brassai**: Commentator commentator, Tarlózatok Horatius satíráinak magyarázói után. 80 f. — **II. Szabó K.**: Apáczai Cséri János Barcsei Ákos fejedelemhez benyújtott terve a magyar hazában felállítandó első tudományos egyetem ügyében. 20 f. — **III. Szabó I.**: Emlékbeszéd Bitnitz Lajos felett. 20 f. — **IV. Vadnai**: Az első magyar társadalmi regény. 40 f. — **V. Finály**: Emlékbeszéd Engel József felett. 20 f. — **VI. Barna F.**: A finn költészetről, tekintettel a magyar ösköltészetre. 80 f. — **VII. Riedl Sz.**: Emlékbeszéd Schleicher Ágost, külső l. tag felettes. 20 f. — **VIII. Dr. Goldziher I.**: A nemzetiségi kérdés az araboknál. 60 f. — **IX. Riedl Sz.**: Emlékbeszéd Grimm Jakab felettes. 20 f. — **X. Gr. Kuun G.**: Adalékok Krim történetéhez. 40 f. — **XI. Riedl Sz.**: Van-e elfogadható alapja az ik-es ígéék külön ragozásának. 40 f. (1872—1873.)
- IV. k. I. Brassai**: Paraleipomena kai diorthoumena. A mit nem mondtaik s a mit rosszul mondtaik a commentatorkok Virgilius Aeneise II-ik könyvről különös tekintettel a magyarrá. 80 f. — **II. Bálint G.**: Jelentése Oroszország- és Ázsiaban tett utazásáról és nyelvészeti tanulmányairól. 40 f. — **III. Bartal A.**: A classica philologiának és az összehasonlitó árja nyelvtudománynak mivelése hazánkban. 80 f. — **IV. Barna F.**: A határozott és határozatlan mondatról. 40 f. — **V. Dr. Goldziher I.**: Jelentés a m. t. Akadémia könyvtára számára keletről hozott könyvekről, tekintettel a nyomdai viszonyokra keletem. 40 f. — **VI. Hunfalvy P.**: Jelentések: I. Az orientalistáknak Londonban tartott nemzetközi gyüléséről. — II. Budenz J.: A németországi philologok és tanférifiak 1874-ben Innsbruckban tartott gyüléséről. 30 f. — **VII. Fogarasi J.**: Az új szókról. 30 f. — **VIII. Toldy F.**: Az új magyar orthográfiája. 30 f. — **IX. Barna F.**: Az ikes ígékről. 30 f. — **X. Szarvas G.**: A nyelvújításról. 30 f. (1873—1875.) — **V. k. I. Barna F.**: Nyelvészketől hajlamok a magyar népnél. 50 f. — **II. Brassai S.**: A neo- és palæologia ügyében. 60 f. — **III. Barna F.**: A hangsulyról a magyar nyelvben. 60 f. — **IV. Ballagi M.**: Brassai és a nyelvújítás. 30 f. — **V. Szász K.**: Emlékbeszéd Kriza János l. t. felettes. 50 f. — **VI. Bartalus I.**: Művészet és nemzetiségi. 40 f. — **VII. Télfy I.**: Aeschylus. 1 K 60 f. — **VIII. Barna F.**: A mutat névmás hibás használata. 20 f. — **IX. Imre S.**: Nyelvtörténelmi tanulások a nyelvújításra nézve. 1 K 20 f. — **X. Arany L.**: Bérczy Károly emlékezete. (1875—1876.) — **VI. k. I. Mayr A.**: A lágy aspiraták kiejtéséről a zendben. 20 f. — **II. Bálint G.**: A mansruk szertartásos könyve, 20 f. — **III. Dr. Barna I.**: A rómaiak satírájáról és satíraiörök. 40 f. — **IV. Dr. Goldziher I.**: A spanyolországi arabok helye az iszlám fejlődése történetében összehasonlitva a keleti arabkéval. 1 K. — **V. Szász K.**: Emlékbeszéd Jakab István l. t. fölött. 20 f. — **VI. Adalékok a m. t. Akadémia megalapítása történetéhez.** I. Szilágyi I. II. Vaszary K. III. Révész I. 1 K 20 f. — **VII. Bartalus**: Emlékbeszéd Mátray Gábor l. t. felettes. 20 f. — **VIII. Barna**: A mordvaiai történelmi viszontagságai. 40 f. — **IX. Télfy**: Eranos. 40 f. — **X. Joannovics**: Az ik-es ígékről. 80 f. (1876.) — **VIII. k. I. Barna F.**: Egy szavazat a nyelvújítás ügyében. 1 K. — **II. Budenz J.**: Podhorszky Lajos magyar-sinai nyelvhasonlítása. 20 f. — **III. Zichy A.**: Lessing. 40 f. — **IV. Barna F.**: Kapsolat a magyar és szuomi

DE OVIDIO
ELEGIÆ IN MESSALLAM
AUCTORE

SCRIPSIT
GEYZA NÉMETIY
ACADEMIAE LITTERARUM HUNGARICÆ SODALIS.

*Commentatio in concessu Academiae Litterarum Hungaricæ
die 2. Novembris a. 1908. recitata.*

BUDAPESTINI
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM HUNGARICÆ
MCMIX.

FRANKLIN-TÁRBULAT NYOMDÁJA.

De Ovidio elegiæ in Messallam auctore.

Inter Catalepta Vergilii, Academia Amplissima!, sub numero IX. ad nos pervenit elegia in triumphum Messallæ de Aquitania a. d. VII. Kal. Oct. anno 27. a. Chr. n.*) celebatur, quam Vergilio tribui non posse primo statim obtutu apparet. Totum enim carmen puerile opus est scatetque locis ex Catullo, ex Bucolicis Vergilii et ex Panegyrico in Messallam (a. a. Chr. n. 31. scripto) sumptis.**) Poeta Messallam clientis humilitate alloquitur viresque suas non sufficere ad res bellicas Messallæ canendas ingenue fatetur vs. 55.:

Non nostrum est tantas, non, inquam, attingere laudes;

deinde se, si Messallæ carmina Græce scripta humili elegia sua dignum in modum celebrare iisque appropinquare possit, optatis ipsis plus procedere dicit vss. 59—63.:

Nos ea, quæ tecum finxerunt carmina divi,
Cynthus et Musæ, Bacchus et Aglaie,
Si laude æquiperare *humilis*, Messalla, *Cameneæ*,
Si patrio Graios carmine adire sales
Possumus, optatis plus iam procedimus ipsis.

Talia igitur verba non potuerunt proficiisci a Vergilio illo, qui anno 27. Bucolica et Georgica iam pridem perfecerat iamque princeps poetarum ætatis suæ se accinxerat ad heroicum carmen de Aenea scribendum. Homerum æmulaturus.

Quod autem ad verum auctorem huius elegiæ pertinet, eum fuisse adolescentulum immaturo quidem ingenio, sed poetica virtute non destitutum, omnes fere viri docti consentiunt. Talis fuit inter scriptores, quorum Messalla fautor erat, circa

*) Cf. Corp. Inscr. Lat. tom. I. p. 461.

**) Hunc Panegyricum Propertio adolescentulo vindicandum censni in editione Lygdamii a me curata (Budapestini, 1906.) pp. 89. sqq.

annum 27. Ovidius, qui mense Martio anni 43. natus tempore triumphi Messallæ annum agebat septimumdecimum atque, ut ipse dicit, iam puer domum Messallæ colebat et frequentabat. En vobis, auditores doctissimi!, *Trist. IV. 4.*, vss. 27—28. (ad Messalinum, filium Messallæ maiorem):

Nam tuus est *primis* cultus mihi semper *ab annis* —
Hoc certe noli dissimulare — pater.

Ad eundem Messalinum scripsit *Epist. ex Pont. II. 2.*, cuius initio (vss. 1—2.) legimus:

Ille domus vestræ *primis* venerator *ab annis*,
Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti;

et, quod hoc loco dixit, iterat sub finem elegiæ eiusdem, vss. 99—100.:

Hoc pater ille tuus *primo* mihi cultus ab *aero*,
Si quid habet sensus umbra diserta, petit.

Ad eandem rem pertinet *Epist. ex Pont. II. 3.*, quod carmen poeta ad Messallæ filium minorem, ad Maximum Cottam, scripsit, ubi se eo iam tempore, quo Cotta natus esset, Messallæ domum frequentasse gloriatur (vss. 71—74.):

Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus,
Quodque tibi in eunis oscula prima dedi,
Quod, cum vestra domus *teneris* mihi semper *ab annis*
Culta sit, esse vetus me tibi cogit onus.

Auctor elegiæ, ut supra vidimus, Messallam sibi proponit in arte poetica magistrum, cui appropinquare (vss. 59—63.) temptat; Ovidius quoque saepè commemorat Messallam fuisse ingenii sui ducem seque ab illo, ut carmina ederet, esse permotum; cf. *Epist. ex Pont. I. 7.* 27—28. (ad Messalinum):

Nec tuus est genitor nos infitiatus amicos,
Hortator studii causaque *faxque* mei;

præterea ibidem *II. 3.* 75—78. (ad Maximum Cottam):

Me tuus ille pater, Latiae facundia linguae,
Quæ non inferior nobilitate fuit,
Primus, ut auderem committere carmina famæ,
Impulit: *ingenii dux* fuit ille mei.

Alibi autem ingenium suum a magno illo viro probatum

fotumque fuisse non sine superbia narrat; cf. Trist. IV. 4, 29—32. (ad Messalinum):

Ingeniumque meum — potes hoc meminisse — probabat
Plus etiam, quam me iudice dignus eram,
Deque meis illo referebat versibus ore,
In quo pars magnæ nobilitatis erat.

Locus mirus est in elegia ad Messallam vss. 43—44., ubi poeta maximis Messallæ in rem publicam meritis adnumerat, quod castra toties foro præposuerit bellaque gesserit tam procul a filio tali, qualis sit eius filius, et ab urbe tali, qualis sit Roma:

Castra foro toties, urbi præponere castra,
Tam procul *hoc gnato*, tam procul hac patria.

Interpretibus quibusdam tam inepta videbatur hoc loco filii Messallæ commemoratio, ut versum emendare temptaverint, ut ex apparatu critico editionis cuiusvis appareat; sed plana fiunt omnia, si Messalinum, Messallæ filium maiorem, circa annum 27. iam egregiæ spei puerum et Ovidio a puero amicissimum fuisse scimus. Nam, si hoc carmen Ovidius adulescens-tulus scripsit, certe mirum non est eum non solum patri, sed etiam filio, amico et fautori suo, adulari voluisse; cf. Epist. ex Pont. II. 3. vss. 79—80. (ad Maximum Cottam, filium Messallæ minorem):

Nec, quo sit primum nobis a tempore cultus,
Contendo fratrem posse referre tuum.

Præterea in carminibus in exilio scriptis, ubi patronos quærerit, qui pro se Augustum exorent, non semel ad Messalinum verba dirigit eumque veteris amicitiae commonefacit; cf. Epist. ex Pont. I. 7, 17—18:

Me miserum, si tu verbis offenderis istis
Nosque negas ulla parte fuisse tuos;

ibidem vss. 23—24:

Nec tamen inrumpo, quo non licet ire; satisque est,
Atria si nobis non patuisse negas;

ibid. II. 2, 103—104:

... nec tu potes ipse negare
Et nos in turbæ parte fuisse tuæ:
Ingenii certe, quo nos male sensimus usos,
Artibus exceptis, sœpe probator eras.

Unde Messalinum non solum amicum Ovidii, sed etiam scriptorum eius, excepta Arte Amatoria, admiratorem fuisse elucet.

Inter carmina Ovidii, quæ æstatem tulerunt, nullum quidem est ad Messallam aut de Messalla scriptum, sed poeta aperte dicit Epist. ex Pont. I. 7. se in mortem Messallæ epicedium composuisse (vss. 29—30. ad Messalinum):

Cui nos et lacrimas, supremum in funere munus,
Et dedimus medio scripta canenda foro.

Ergo etiam hoc tempore, ut ita dicam, domesticus Messallarum poeta erat Ovidius.

Quin etiam argumentum huius elegie talis est, ut ingenio Ovidii vel maxime respondeat. Poeta enim in hoc carmine triumphali pauca tantum verba facit de triumpho resque Messallæ bellicas ne attingere quidem se audere dicit, sed fautorem suum ex bello cruentissimo redeuntem celebrat carminum bucolicorum auctorem! Nonne dignissimum est hoc Ovidio illo, qui heroum facta nunquam suscepit celebranda, cui «iam parvo cælestia sacra placebant inque suum furtim Musa trahebat opus»,¹⁾ qui et forensi et bellicæ gloriæ, monitis patris spretis, mature præposuit «Aoniae tuta otia»,²⁾ seque arti poeticæ adeo dedidit, ut præter eam nihil fere recte æstimare potuerit.

Præterea et elocutio carminis et sententiae quædam Ovidianam præ se ferunt indolem, quod non nos vidimus primum, sed iam TEUFFEL rectissime agnovit in Historia Litterarum Romanarum:³⁾ «Die unerwürfige Elegie an Messalla kann nicht von Virgil sein, sondern ist von einem Anfänger, der seine mythologische Gelehrsamkeit zur Schau trägt und eher *in der Manier Ovids* als Virgils dichtet». En vobis quasdam similitudine manifestas:

Vss. 1—2: «Pauca mihi, niveo sed non *incognita* Phœbo ... dicite Pierides». Hoc loco *incognita* significat: non infitianda, quæ Phœbus se digna iudicet. Eodem sensu occurrit verbum *cognoscendi* Ovid. Pont. III. 2, 103—106. (ad Maximum Cottam) locusque elegiæ optime hoc Ovidii loco illustratur:

¹⁾ Trist. IV. 10, 19—20.

²⁾ Ibid. vss. 39—40.

³⁾ Cf. tom. I. p. 504. edit. 5.

Adde, quod est animus semper tibi initis et alte
 Indicium mores nobilitatis habent,
 Quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor,
 Quos Numa maternus non neget esse suos.

— Vs. 2: «Pauca mihi doctæ dicite Pegasides» ad verbum pæne respondet Ovid. Heroid. 15, 27: «At mihi *Pegasides* blandissima carmina dictant». — Vss. 17—18:

Molliter hic viridi patulæ sub tegmine quercus
 Moeris pastores et Melibœus erant,

locutio *molliter esse* apud Ovidium solum invenitur Trist. IV.
 8, 5—8:

Nunc erat, ut posito deberem fine laborum
 Vivere me nullo sollicitante metu,
 Quæque mesæ semper placuerunt otia menti,
 Carpere et in studiis *molliter esse* meis.

— Vss. 31—32. de Hippodame, Oenomai filia:

Saepe animam generi pro qua pater impius hausit,
Saepe rubro Eleis *sanguine fluxit humus*.

Similiter attingit hanc fabulam Ovid. Ib. 367—368:

Ut qui *perfusam* miserorum *saepe* procorum
 Ipse suo melius *sanguine tinxit humum*.

— Vss. 43—44:

Castræ foro toties, urbi præponere castra,
 Tam procul hoc gnato, tam procul *hac patria*,

non solum Messalini mentio Ovidii nos commonefacit, sed etiam id, quod de urbe Roma hic legimus, prorsus Ovidianum est, ut ex Trist. I. 5, 66—70. elucet:

A patria fugi victus et exul ego:
 Nec mihi Dulichium domus est Ithaceve Samosve,
 Poena quibus non est grandis abesse locis,
 Sed quæ de septem totum circumspicit orbem
 Montibus, imperii *Roma* deumque decus.

— Vss. 59—60:

... tecum finixerunt carmina divi,
 Cynthius et Musæ, *Bacchus* et Aglaie,

duo loci Ovidiani respondent, ubi una cum Apolline et Musis etiam Bacchus commemoratur poetarum fautor, Amor. I. 3, 11—12:

At Phœbus comitesque novem *ritisque repertor*
Hinc faciunt . . .

et A. A. III. 347—348:

O ita Phœbe velis, ita vos, pia numina vatum,
Insignis cornu *Bacche* novemque deæ.

Quæ huc usque disputavimus, certe non sufficient ad elegiam in Messallam Ovidio tribuendam, sed liceat tamen vobis, auditores doctissimi!, proponere quæstionem: potueritne fieri, ut Cataleptis Vergilii post mortem poetæ sine ulla selectione ex scrinio relicto editis insertum sit carmen ab Ovidio adolescentulo scriptum eodem modo, quo re vera illis immixtus est iambus Horatii in epodon libro non editus?*) Messalla enim, qui ingenium pueri poeticum mature cognoverat, facile potuit opuseculum Vergilio tradere iudicandum. Ceterum librum totum *Catalepton* sine minima suspicionis umbra Vergilio tribuerunt antiqui, unde factum est, ut falsarius ille, qui epyllion *Ciris* Vergilio supposuit, quo fetui suo misello Vergilianum daret colorem, præter Bucolica, Georgica et Aeneidem etiam hanc elegiam consulto imitatus sit.**)

Sed summi est momenti, ut elegiam in quæstionem vocatam tandem aliquando recte intellegamus. Quare commentationi meæ adieci carmen, quod, ut tota Appendix Vergiliana, pessimis nobis traditum est codicibus, artis criticæ ope emendatum adnotationibusqueexegeticis instructum. Mihi enim id maxime fuit propositum, ut hanc elegiam virorum doctorum diligentiae commendem, eritque vehementissime gratum, si cui eam Ovidio certioribus vindicare argumentis contigerit.

*) Catalept. XIII. Horatio vindicavi in commentatione mea *De epodo Horatii Cataleptis Vergili inserto* (Budapestini, sumptibus Academiæ Litterarum Hungaricæ, 1908.).

**) Quod demonstravi in editione *Ciris* a me curata, quæ proximo anno (1909.) inter editiones criticas Academiæ nostræ in publicum prodibit.

ELEGIA IN MESSALLAM.

(Verg. Catalept. IX.)

Pauca mihi, niveo sed non incognita Phœbo,
Pauca mihi doctæ dicite Pegasides.
Victor adest, magni magnum decus ecce triumphi,
Victor, qua terræ quaque patent maria,
Horrida barbaricæ portans insignia pugnæ,
Magnus ut Alcides utque superbis Eryx;
Nec minus idecirco vestros expromere cantus
Maximus et sanctos dignus inire choros.
Hoc itaque insuetis iactor magis, optime, curis,
Quid de te possim scribere quidve tibi.
Namque (fatebor enim) quæ maxima deterrendi
Debuit, hortandi maxima causa fuit.
Pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,
Carmina cum lingua, tum sale Cecropio,
Carmina, quæ vivent sæclis accepta futuris,
Carmina, quæ Pylium vincere digna senem.
Molliter hic viridi patulæ sub tegmine quereus
Moeris pastores et Melibœus erant,
Dulcia iactantes alterno carmina versu,
Qualia Trinacriæ doctus amat iuvenis.
Certatim ornabant omnes heroida divi,
Certatim divæ munere quæque suo.
Felicem ante alias o te scriptore puellam!
Altera non fama vixerit ulla prior:
Non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
Quæ volucrem cursu vicerat Hippomenen;
Candida cycneo non edita Tyndaris ovo,
Non supero fulgens Cassiopea polo,

- Non defensa diu multo certamine equorum,
Optabant Graiae quam sibi quæque manus,
Sæpe animam generi pro qua pater impius hausit,
Sæpe rubro Eleis sanguine fluxit humus ;
Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
Immitem expertæ fulmine et imbre Iovem ;
Non cuius ob raptum pulsi liquere penates
Tarquinii patrios, filius atque pater,
Illo quo primum dominatus Roma superbos
Mutavit placidis tempore consulibus.
Multæ neque immeritis donavit præmia alumnis,
Præmia Messallis maxima Publicolis.

Nam quid ego immensi memorem studia ista laboris?
Horrida quid duræ tempora militiæ?
Castra foro toties, urbi præponere castra,
Tam procul hoc gnato, tam procul hac patria?
Immoderata pati iam frigora iamque calores?
Sternere vel dura posse super silice?
Sæpe trucem adverso perlabi sidere pontum?
Sæpe mare audendo vincere, sæpe hiemem?
Sæpe etiam densos immittere corpus in hostes
Communem belli nec meminisse deum?
Nunc celeres Afros, perjuræ milia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem
Vincere et Oceani finibus ulterius?
Non nostrum est tantas, non, inquam, attingere laudes,
Quin ausim hoc etiam dicere, vix hominum est.
Ipsa hæc se, ipsa ferent rerum monumenta per orbem,
Ipsa sibi egregium facta decus parient.
Nos ea, quæ tecum finixerunt carmina divi,
Cynthius et Musæ, Bacchus et Aglaie,
Si laude æquiperare humiliis, Messalla, Camenæ,
Si patrio Graios carmine adire sales
Possumus, optatis plus iam procedimus ipsis.
Hoc satis est; pingui nil mihi cum populo.

ADNOTATIONES.

V. 1—2. *Pauca . . . niveo sed non incognita Phœbo*, poeta non vult longum heroicum carmen scribere, sed elegiam brevem nova poeseos arte insignem ad exemplum Catulli et sectatorum eius, qui poetarum Alexandrinorum vestigia legentes Annalibus Ennii et veterum scriptorum præferebant carmina breviora, sed elegantiora, i. e. epyllia, elegias et epigrammata. Ante oculos habuit Catulli carm. 95. de Zmyrna, Cinnæ epyllio: «Parva mei mihi sint cordi monumenta sodalis: At populus tumido gaudeat Antimacho» et Verg. Ecl. 6, 11—12: (de idyllo suo Euphorionis epyllia*) celebrante: «nec *Phœbo* gratiō ulla est, Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen». Cf. infra adn. ad vs. 64: «pingui nil mihi cum populo». — *Pauca mihi . . . Pauca mihi*, ut hoc loco, verba in hexametro posita iterantur in pentametro vss. 4, 12, 14, 16, 22, 32, 40, 48, 52, 58. Poeta igitur novellus hac figura puerilem in modum abutitur. — *niveo . . . Phœbo*, ad sempiternam Phœbi iuventutem referendum; cf. Lyggd. 4, 30. (de corpore Phœbi): «Et color in niveo corpore purpureus»; Propert. II. 13, 53: «niveum . . . Adonem»; Verg. Aen. XI. 39: «caput . . . nivei Pallantis». — *sed non incognita Phœbo*, quæ Phœbus sua esse cognoscet, se digna iudicet. Eodem sensu verbum *cognoscendi* ponitur apud Ovid. Pont. III. 2, 103—106. (ad Cottam Messallæ filium): «Adde, quod est animus semper

*) Vergilius in ecloga sexta inde a vs. 31. usque ad finem nihil aliud sibi proposuit, nisi ut epyllia Euphorionis excerpteret atque demonstraret magistrum illum τῶν νεωτέρων, præcipue amici sui Cornelii Galli, dignum esse imitatione neque recte iudicasse Ciceronem, qui Catullum sociosque Tusc. Disp. VII. 19, 45. *cantores Euphorionis* appellando irrisisset. Copiosius de hac re disputaboh in libello *De sexta Vergiliī ecloga*, Academiæ Litterarum Hungaricæ mox proponendo.

tibi mitis et altæ Indicium mores nobilitatis habent, Quos Volesus patrii *cognoscat* nominis auctor, Quos Numa maternus *non neget esse suos*. — *non incognita Phœbo . . . mihi doctae dicite Pegasides*, cf. Verg. Catal. 4, 7—8: «Cuncta, quibus gaudet Phœbi chorus ipseque Phœbus». — *Pauca mihi doctae dicite Pegasides*, ad verbum pæne idem dicit Ovid. Her. 15, 27: «At *mihi Pegasides* blandissima carmina *dictant*». — *mihi dicite*, poetæ carmina sibi a Musis dictari fingunt; cf. Propert. IV. 1, 133: «Tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo». — *Pegasides*, Ηγγασίς κρήνη (ut Anth. Pal. XI. 24. et IX. 230.) dicitur proprie Hippocrene, fons Musarum, quem Pegasus ungula effudit, unde Ovid. Trist. III. 7, 15: «Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas». Hoc loco *Pegasides* dicuntur Musæ, ut apud Ovid. Her. 15, 27: «*mihi Pegasides* blandissima carmina *dictant*» et Propert. III. 1, 19: «*Mollia, Pegasides*, date vestro certa poetæ».

V. 3—6. *Victor adest*, i. e. Romam reversus triumphum agit Messalla. — *magni magnum decus ecce triumphi*, poeta respxit Paneg. in Mess. 49: «parvæ maguum decus urbis Ulixen». — *Victor qua terrae . . . patent* Messalla bella gessit in diversissimis imperii Romani partibus; a. a. Chr. n. 36. et 35. pugnavit in Iapydia et Pannonia, a. 33. devicit Salassos gentem Alpinam, post pugnam Actiacam pacavit provincias orientales: Ciliciam et Syriam et in extremo occidente superavit Aquitanos rebellantes. — *quaque patent maria*, Messalla enim interfuit pugnae navali Actiacæ, ut Appian. Bell. Civ. IV. 38. docemur: (ó Καῖσαρ) περὶ Ἀκτιον ναυαρχήσαντα αὐτὸν (sc. Messallam) κατὰ τοῦ Ἀντωνίου στρατηγὸν ἐπεμψεν ἐπὶ Κελτοὺς ἀφισταμένους. — *Horrida barbaricae portans insignia pugnae*, ex Catull. 66, 13: «Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ». Cf. Ovid. Pont. III. 4, 109. (de triumpho): «*Barbara iam capti poscunt insignia reges*». — *barbaricae*, cum barbaris pugnatæ. — *portans insignia*, ad spolia in pompa triumphali portata referendum. — *Magnus ut Alcides*, quia Messalla, ut Hercules, totum orbem pererravit et pacavit. Apte conveniunt Herculi etiam *Horrida insignia* vs. 5. commemorata: Hercules enim pelle leonis Nemeæi se in duebat; cf. Verg. Aen. VII. 669: «*Horridus* Herculeoque umeros innexus amictu». — *Alcides*, ita corruptelam emendavit Delrio; codex Bruxellensis habet: *Oenides*

ex coniectura librariorum semidoctorum, qui de Tydeo, filio Oenei, aut de Diomede, nepote eiusdem, cogitabant; in Vossiano legitur *aenides*, in Monacensi *eucides*. — *Eryx*, rex Elymorum in Sicilia, pugil clarissimus, qui cum quovis homine peregrino contendebat et occiso ei spolia detrahebat. Parum apte comparatur cum Messalla.

V. 7—10. *Nec minus idcirco vestros expromere cantus*, ex Catull. 65, 3—4: «Nec potis est dulces Musarum expromere fetus Mens animi». — *Nec minus . . . Maximus*, quamquam Messalla bellica laude præclarus est, nec minus idem maximus est poeta. — *vestros . . . cantus*, carmina Musarum, quas vs. 2. allocutus est poeta. — *Maximus*, adiectivum, unde pendet infinitivus *expromere* vs. 7. — *sancos . . . choros*, Musarum choros. Cf. Propert. II. 30, 37—38. (de Cynthia poetria in chorum Musarum a Baccho ductarum recepta): «(Musæ) te prima statuent in parte choreæ Et medius docta cuspide Bacchus erit». Poetæ enim se choro Musarum adiungi fingunt; cf. Propert. III. 2, 13—14: «At Musæ comites et carmina cara legenti Et defessa chorus Calliopea meis» et ibid. III. 5, 19—20: «Me iuvet in prima coluisse Helicona iuventa Musarumque chorus impli-cuisse manus». — *Hoc itaque . . . iactor magis . . . curis*, eo magis iactor curis, quod tu et dux præclarus et poeta maximus es: nescio enim bellicasne virtutes tuas celebrem an poeticum ingenium. — *de te . . . tibi*, est enim carmen de Messalla scri-bendum eique dedicandum.

V. 11—12. *Namque (fatebor enim) quae maxima deter-rendi*, ex Verg. Ecl. 1, 31: «Namque (fatebor enim) dum me Galatea tenebat». Versus est spondiacus, a sectatoribus Alexandrinorum adamatus. — *quae maxima deterrendi*, poeta respexit Paneg. in Mess. 1—2: «Te, Messalla, canam, quamquam tua cognita virtus Terret». — *maxima deterrendi Debuit, hortandi maxima causa fuit*, carmina tua maxime hortantur me, ut scribam de te; sed hæc carmina pulcherrima dignum in modum celebrare difficillimum est, qua difficultate certe deterrei debbam.

V. 13—16. *Pauca tua in nostras venerunt carmina chartas*, carmina quædam tua servo inter libros meos; cf. Phædr. IV. prol. 17—18: «Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui

Vestrás in chartas verba transfertis mea». — *cum lingua tum sale Cecropio*, Græca lingua et Græco lepore scripta. Carmina Græca scripsisse videtur Messalla, cum Athenis una cum Horatio iuvene studiis vacaret. Idem fecit Horatius ipse; cf. Sat. I. 10, 31—32: «cum Græcos facerem natus mare citra Versiculos». — *sale Cecropio*, Attico, Græco, ut infra vs. 62: «Græcos sales». — *sale*, lepore, venustate; cf. Catull. 86, 3—4: «nam nulla venistas, Nulla in tam magno est corpore mica salis». — *Carmina, quae vivent saeclis accepta futuris*, versum ita emendare temptavi; codices habent: «Carmina quæ Pylium saeclis accepta futuris», quo *Pylium* ex vs. sq. irrepsit. Scripsi: *vivent*, quia hoc loco agitur de comparatione cum *vita* Nestoris. Cf. Ovid. Trist. I. 7, 25—26. (de Metamorphosibus suis): «Nunc precor, ut *vivant* et non ignava legentem Otia delectent admoneantque mei.» — *accepta*, grata. — *Pylium vincere digna senem*, quæ diutius vivant Nestore Pylio, qui secundum poetas nonnullos trecentos annos vixit; poeta respexit Paneg. in Mess. 48—51., ubi Messalla cum Nestore ita comparatur: «Non *Pylos* aut Ithace tantos genuisse feruntur Nestora vel parvæ magnum decus urbis Ulixen, *Vixerit ille senex* quamvis, dum terna per orbem Sæcula fertilibus Titan decurreret horis» et ibid. 112 «Terna minus *Pyliae* miretur sæcula famæ» et Verg. Ge. II. 295. (de æsculo): «Multa virum volvens durando sæcula *vincit*». Cf. etiam Ovid. Met. XII. 188. (Nestor de se): «vixi Annos bis centum: nunc tertia vivitur ætas».

V. 17—20. *Molliter hic . . . Moeris pastores et Meliboeus erant*, scripsit igitur Messalla carmina bucolica Theocritum imitatus. — *Molliter hic . . . erant*, lenti iacebant; huius locutionis unicum exstat exemplum apud Ovid. Trist. IV. 8, 5—8: «Nunc erat, ut posito deberem fine laborum Vivere me nullo sollicitante metu, Quæque meæ semper placuerunt otia menti, Carpere et in studiis *molliter esse meis*». Poeta ante oculos habuit Verg. Ecl. 1, 4—5: «tu, Tityre, *lentus* in umbra Formosam resonare doces Amaryllida silvas» et Propert. I. 11, 14: «*Molliter* in tacito litore *compositam*». Cf. Terent. Adelph. V. 1, 1: «*molliter* se curare». — *viridi patulae sub tegmine quercus*, ex Verg. Ecl. 1, 1: «Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi». — *Moeris . . . Meliboeus*, nomina pastoralia e Vergilio notissima. —

iactantes . . . carmina, ex Verg. Ecl. 2, 4—5. (de cantu Corydonis): «hæc incondita solus Montibus et silvis studio iactabat inani». — *alterno carmina versu*, agitur de certamine cantus apud pastores usitato, i. e. de carmine amœbæo. — *alterno . . . versu*, ex Verg. Ecl. 7, 18—19: «*Alternis* igitur contendere *versibus* ambo Cœpere, *alternos* Musæ meminisse volebant». — *Trinacriae . . . iuvenis*, Theocritus, poeta Siculus, carminis buco-lici princeps.

V. 21—22. *Certatim ornabant omnes heroida divi*, *Certatim divae munere quæque suo*, cantabant igitur pastores carmine amœbæo in eundem fere modum, quo in V. Vergilii ecloga Menalcas et Mopsus Daphnidis laudes canunt, de heroide quadam, quam dii omnibus corporis ingeniique dotibus exornabant. Auctor elegiæ ante oculos habuisse videtur Verg. Catal. 4, 5—6: «Cui iuveni ante alios *divi divumque sorores* Cuncta, neque indigno . . . dedere bona» et Propert. I. 2, 27—30. (de Cynthia sua): «Cum tibi præsertim *Phoebus* sua carmina donet Aoniamque libens *Calliopea* lyram, Unica nec desit iucundis gratia verbis, Omnia quæque *Venus* quæque *Minerva* probat». — *divi* vs. 21. ex coniectura Iani Dousæ; codices habent: *dive*. Agitur certe non solum de deabus, sed etiam de diis dotes diversas heroidi illi tribuentibus, ut Verg. Catal. 4, 5—6. et Propert. I. 2, 27—30. supra laudd.

V. 23—24. *Felicem ante alias o te scriptore puellam*, *Alteram non fama vixerit ulla prior*, cf. Propert. III. 2, 15—16: «Fortunata, meo si qua est celebrata libello, Carmina erunt formæ tot monumenta tuæ». — *fama vixerit*, ut Ov. Met. XV. 877—878: «Ore legar populi perque omnia sœcula *fama*, Si quid habent veri vatum præsagia, *vivam*». — *vixerit*, vivet; ex coniectura Heinsii; codices habent: *dixerit*, quod hoc loco explicari non potest. — *ulla*, ex mea coniectura; codices habent: *esse aut ipse*.

V. 25—26. *Non illa* etc., sequitur vss. 25—38. δημοσιὸς carminis mythos continens. — *illa*, Atalanta, Schoenei filia, celeritate pedum clarissima, quæ procos suos ad certamen cursus provocabat nulli nisi victori nuptura. — *Hesperidum ni munere capta fuisset*, Hippomenes, procos Atalantæ, a Venere poma accepit ex horto Hesperidum, quæ in medio cursus certamine

puellæ obiceret eam retenturus. Cf. Verg. Ecl. 6, 61: «*Tum canit Hesperidum miratam mala puellam*»; Ovid. Ib. 371—372: «*Ut qui velocem frustra petiere puellam, Dum facta est pomis tardior illa tribus*». — *volucrem cursu vicerat Hippomenen*, cf. Ovid. Her. 16, 159: «*Ut tulit Hippomenes Schœneida præmia cursus*».

V. 27—28. *cycneo . . . edita Tyndaris ovo*, Helena nata ex ovo Ledæ a Love in cycnum verso compressæ. — *supero fulgens Cassiopea polo*, Cassiope Cephei, Aethiopiæ regis, uxor pulcherrima post mortem inter sidera relata est. Cf. Apollod. II. 4. et Hygin. Astron. II. 10.

V. 29—32. *defensa diu multo certamine equorum*, Hippodamia, cuius pater Oenomaus, rex Pisæ, procos ad certamen curruum provocavit et, quos consecutus est, a tergo transfixit hasta. — *multo*, ex mea coniectura; *multo certamine*, i. e. Oenomaus sæpe certavit cum procis. Codices habent: *multum*. An pro *multum* scribamus *alituum*, i. e. celerum? — *Optabant Graiae quam sibi quaeque manus*, quam ex tota Græcia petierunt iuvenum heroum catervæ; locum imitari videtur auctor Ciris vs. 412: «*Certatim ex omni petiit quam Græcia regno*». — *Graiae . . . manus*, catervæ heroum Græcorum; cf. Propert. I. 20, 21: «*manus heroum*» et II. 1, 18: «*Ut possem heroas ducere in arma manus*». — *Graiae*, ita rectissime edit. Aldina II.; codices habent: *gravidae*. — *quam*, edit. an. 1473.; libri manuscripti: *quod aut quid*. — *animam . . . hausit*, ad analogiam locutionis: sanguinem vel cruentem alicuius haurire. — *generi*, proci, qui gener eius fieri voluit. — *Saepe rubro Eleis sanguine fluxit humus*, similiter de eadem re Ovid. Ib. 367—368: «*Ut qui perfusam miserorum saepe procorum Ipse suo melius sanguine tinxit humum*». — *Eleis*, ex editione Aldina II.; codices: *similis*, quod sensu caret. Necessaria hoc loco videtur et apertissima, ubi nomina Hippodamiæ et Oenomai omittuntur, saltem loci mentio; cf. Propert. I. 8, 35—36: «*Quam sibi dotatae regnum vetus Hippodamiæ Et quas Elis opes ante pararat equis*»; Ovid. Trist. II. 385—386: «*Quid? non Tantalides, agitante Cupidine currus, Pisaeam Phrygiis vexit eburnus equis*» et Am. III. 2, 15: «*At quam pæne Pelops Pisaea concidit hasta*» et Ib. 365—366: «*Ut iuvenis pereas, projecta cadavera quorum*

Oraque *Pisaeae* sustinuere fores». — *sanguine fluxit humus,* maduit; cf. Verg. Aen. III. 625—626: «sanieque aspersa nata-
rent Limina, vidi atro cum membra *fluentia* tabo».

V. 33—34. *Regia . . . Semele*, Cadmi, regis Thebani, filia,
Bacchi ex Iove mater. — *Inachis Acrisione*, Danae, Acrisii filia;
Inachis ab Inacho, Acrisii proavo. — *Acrisione*, quod nomen
patronymicum occurrit iam Hom. Il. XIV. 319: Δανάης καλλι-
ζεφύρου Ἀκρισιώνης. — *Immitem expertae fulmine et imbre Iovem.*
Iuppiter crudelis erat in utramque: nam Semele oravit Iovem,
ut insignibus divinitatis ornatus ad se veniret, quod cum im-
petrasset, icta est fulmine, quod deus dextra tenuit; Danaen
autem in turri aenea clausam in imbrem aureum mutatus adiit
Iuppiter, eam tamen, postquam Perseum peperit, a patre in-
clusam area in mare præcipitari passus est. Cf. Ovid. Am. III.
3, 37—38: «Semele miserabilis arsit: Officio est illi poena re-
perta suo.» — *Immitem*, ex emendatione editoris Oxoniensis
(Parker 1889); codices habent: *inmiti* aut *inmitti*. — *expertae*,
emendavit Scaliger; in codicibus: *expectat* aut *expectant*, quod
sensu caret.

V. 35—38. *cuius ob raptum pulsi liquere penates Tarquinii*,
Lucretia, cuius mentione poeta transitum parat ad avum gentis
Valeriae, Publicolam, unum ex liberatoribus patriæ. — *cuius*,
prima syllaba correpta; archaismus metricus. Cf. Lucret. I. 149:
«Principium *cuius* hinc nobis exordia sumet.» Monosyllabum est
cuius apud Lucret. IV. 1065: «Unaque res hæc est, *cuius* pro-
quam plurima habemus.» — *filius*, Sextus Tarquinius, Superbi
filius, qui Lucretiæ vim attulit. — *superbos*, alludit ad cogno-
men Tarquinii. — *placidis*, legitime et clementer rem publicam
gubernantibus.

V. 39—40. *Multa, neque immeritis, donavit praemia alum-
nis*, *Praemia Messallis maxima Publicolis*, scriptor a maioribus
Messallæ ad Messallam ipsum transitum parans ante oculos
habuit Cie. pro Valerio Flacco 1., ubi de gente Valeria legi-
mus: «Quod enim esset *praemium* dignitatis, quod populus Ro-
manus cum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret,
cum L. Flaccus veterem Valeriae gentis in liberanda patria lau-
dem prope quingentesimo anno reipublicæ rettulisset?» — *Multa,*
neque immeritis, donavit praemia, ut Verg. Catal. 4, 5—6: «Cui

iuveni ante alios divi divumque sorores Cuncta, neque indigno, Musa, dedere bona». — *donavit*, sc. Roma. — *alumnis*, tamquam mater. — *Messallis . . . Publicolis*, Publicolæ cognomen accepit gens Valeria a P. Valerio, qui Bruti adiutor erat in republica regibus liberanda (cf. Liv. II. 8.); *Messallae* autem cognomen primum inditum est M. Valerio Maximo, a. a. Chr. n. 263. consuli, quod Messanam, Sicilie oppidum, Punico præsidio liberasset. Cf. Ovid. Fast. I. 595: «Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum.»

V. 41—44. *Nam quid ego* etc., sequitur enumeratio meritorum Messallæ; sed ante vs. 41. certe exciderunt aliquot versus. Desideratur enim transitus a maioribus Messallæ ad ipsum in eundem fere modum, ut in Paneg. in Mess. 28—32: «Nam quamquam antiquæ gentis superant tibi laudes, Non tua maiorum contenta est gloria fama, Nec quæris, quid quaque index sub imagine dicat, Sed generis priscos contendis vincere honores, Quam tibi maiores, maius decus ipse futuris» et ibid. vs. 39: «Nam quis te maiora gerit *castrisve, forove?*», quem versum poeta huius elegiæ infra vs. 43. imitatur. — *immensi . . . studia ista laboris*, studia bellica. — *immensi . . . laboris*, genitivus qualitatis. — *Horrida . . . tempora militiae*, ut Paneg. in Mess. 82: «Iam te non alias belli tenet aptius artes». — *Castra foro toties, urbi praeponere castra*, scriptor respxit Paneg. in Mess. 39: «Nam quis te maiora gerit *castrisve forove?*» — *foro*, erat enim Messalla orator celeberrimus. — *toties*, ex coniectura Ellisii; codex Bruxellensis habet: *castra*, quod hoc loco inepte iteratur; alii codices: *solitos*. — *hoc gnato*, tali gnato; agitur de Messalino, Messallæ filio maiore, qui tunc erat egregiæ spei puer, quem postea Tibullus celebravit novum quindecimvirum I. II. eleg. 5. Huius Messalini cultor erat Ovidius a puero; cf. Ov. Pont. II. 3, 79—80. (ad Cottam, Messalini fratrem, Messallæ filium minorem): «Nec, quo sit primum nobis a tempore cultus, Contendo *fratrem* (sc. Messalinum) posse referre tuum»; ibid. I. 7, 17—18. (ad Messalinum): «Me miserum, si tu verbis offenderis istis Nosque neges ulla parte fuisse tuos»; ibid. II. 2, 103—104. (ad Messalinum): «nec tu potes ipse negare Et nos in turbæ parte fuisse tuæ. Ingenii certe, quo nos male sensimus usos, Artibus exceptis, sæpe probator eras»; ibid. II. 2,

1—4. (ad Messalinum): «Ille domus vestræ *primis venerator ab annis*, Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti, Mittit ab indomit is hanc, Messaline, salutem, Quam solitus præsens est tibi ferre, Getis». — *hac patria*, Roma, urbe pulcherrima et iucundissima; eadem sententia apud Ovid. Trist. I. 5, 66—70: «A *patria* fugi victus et exul ego: Nec mihi Dulichium domus est Ithaceve Samosve, Pœna quibus non est grandis abesse locis, Sed quæ de septem totum circumspicit orbem Montibus, imperii *Roma* deumque decus».

V. 45—48. *Immoderata pati iam frigora iamque calores*, ex Catalept. Pseudovert. XIII. 3: «Nec ferre durum frigus aut æstum pati». — *frigora*, ita rectissime Vossianus n. 78.; alii codices: *sidera*. — *Sternere*, sensu intransitivo pro *se sternere* vel *sterni*? Huius significationis nullum apud scriptores antiquos exstat exemplum. Editio Aldina II. exhibet: *Stertere*; significat autem *stertere* interdum: alto somno dormire; cf. Lucret. III. 1045—1046: «Qui somno partem maiorem conteris ævi Et vigilans *stertis* nec somnia cernere cessas»; Ammian. Marcell. 27, 12: «quibus (virgiliis) ob securitatem altiore *stertitur* somno». — *Saepe trucem adverso perlabi sidere pontum*, *Saepe mare audendo vincere*, *saepe hiemem*, scriptor respexit Paneg. in Mess. 193—195: «Pro te vel *rabidas* ausim maris ire per undas, *Adversis hiberna* licet tumeant freta ventis». — *trucem . . . pontum*, ex Catull. 64, 174: «*ponti* *truculentum æquor*». — *adverso . . . sidere*, alienis (i. e. hibernis) mensibus, cum cessare solet navigatio. Cf. Verg. Aen. IV. 309: «Quin etiam *hiberno* moliris *sidere* classem». — *perlabi*, ita editio Aldina II.; codices: *perlabens*.

V. 49—50. *Saepe etiam densos immittere corpus in hostes*, ex Cic. Tusc. III. 48: «in medios hostes se immittere» et Paneg. in Mess. 195—196: «vel *densis* solus subsistere turmis Vel proximum Aetnææ *corpus committere flammæ*». — *Communem belli nec meminisse decum*, hunc locum respexit auctor Ciris vs. 358—359: «Nunc tremere instantis belli certamina dicit Communemque timere deum». Cf. Hom. Il. XVIII. 309: ξυνὸς Ἐνυάλιος, καὶ τε κταύεοντα κατέκτα; Cic. Epist. VI. 4, 1: «Omnis belli Mars communis est»; Liv. XXX. 30: «vires fortunæ Martemque belli communem propone animo». — *nec*, ex editione Aldina I.; codices: *non*. — *meminisse*, respexisse.

V. 51—54. *Nunc celeres Afros . . . Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi*, poeta ante oculos habuisse videtur Paneg. in Mess. 137—139: «Non te . . . remorabitur . . . audax Hispania terris Nec fera Theræo tellus obsessa colono» i. e. Africa. Ceterum de rebus Messallæ in Africa et Hispania gestis nihil constat. Ergo etiam hic, ubi vera Messallæ facta enumerare debbat, loco communi videtur usus esse poeta tiro ad extremas orbis terrarum oras designandas. Nulla est certe in tota elegia triumphali Aquitaniæ mentio, de qua provincia Messalla triumphavit! Aliter Tibull. I. 7, 3: «Hunc (sc. Messallam) fore, Aquitanas posset qui fundere gentes» et ibid. 9—12: «Non sine me est tibi partus honos: Tarbella Pyrene Testis et Oceani litora Santonici, Testis Arar Rhodanusque celer magnusque Garumna, Carnutis et flavi cœrula lympha Liger». — *celeres Afros*, Numidas equites intellege. — *periurae milia gentis*, corruptum videtur; non enim *Afri* (i. e. Numidæ), sed Puni erant perfidia infames; *milia gentis* autem ineptissime dictum. Scribendum fortasse: *per rura mapalia habentes*; cf. Sall. Iug. 18, 8: «aedificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant» et Verg. Ge. III. 339. sqq.: «Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu Prosequar et raris habitata mapalia tectis . . . omnia secum Armentarius Afer agit». — *Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi*, ex Catull. 29, 18—19. «præda . . . tertia Hibera, quam scit amnis aurifer Tagus». Eodem modo Ovid. Am. I. 15, 34: «auriferi ripa benigna Tagi» et Metam. II. 251: «quodque suo Tagus amne vehit . . . aurum». — *Nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem*, versum imitatur auctor Ciris vs. 364: «Nunc aliam ex alia (nec desunt) omina querit». De gentibus a Messalla devictis cf. adn. supra ad vs. 4: «Victor, qua terræ quaque patent maria». — *Vincere et Oceani finibus ulterius*, per auxesin. Messalla revera devicit Tarbellos et Santones, gentes Aquitanas, accolás Oceani Atlantici. Cf. Tibull. I. 7, 9—10. (de triumpho Messallæ): «Non sine me est tibi partus honos: Tarbella Pyrene Testis et Oceani litora Santonici». Scriptor ante oculos habuit Paneg. in Mess. 147. sqq.: «Oceanus ponto qua continet orbem, Nulla tibi adversis regio sese offeret armis: Te manet invictus Romano Marte Britannus», quod vaticinium non

evenit: nam in Britanniam, *ulterius Oceani finibus* sitam, nunquam penetravit Messalla.

V. 55—58. *Non nostrum est, inquam, tantas attingere laudas, Quin ausim hoc etiam dicere, vix hominum est,* poeta res pexit Paneg. in Mess. 3—6: «e meritis si carmina laudes, Deficiant: humilis tantis sim conditor actis, Nec tua præter te chartis intexere quisquam Facta queat» et ibid. 177—178: «Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis, Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus». — *Non nostrum est . . . tantas attingere laudes,* ex Verg. Ecl. 3, 108: «Non nostrum inter vos tantas componere lites». — *Ipsa haec se, ipsa ferent rerum monumenta per orbem,* ipsæ res memorables a te gestæ se notas facient toto orbe terrarum. — *se, supplevit Salmasius;* in codicibus omissum. Desideratur certe obiectum ad verbum *ferent* pertinens. — *se . . . ferent . . . per orbem,* nota se facient in orbe toto; ex Verg. Ecl. 8, 7—10: «en erit unquam Ille dies, mihi cum liceat tua dicere *facta?* En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?» — *rerum monumenta,* res gestæ memorables (tamquam monumentales!); eodem modo Tibull. I. 7, 57—58. (de via Latina a Messalla munita): «Nec taceat *monumenta viæ,* quem Tuscula tellus Candidaque antiquo detinet Alba lare», ubi *monumenta viæ* significant viam magnificam et memorabilem; cf. Iuven. Sat. 5, 55. (de eadem via): «Clivosae veheris dum per *monumenta Latinae*» sc. viæ. — *Ipsa sibi egregium facta decus parient,* ipsa facta tua sibi parient gloriam; sunt enim tanta, ut non egeant carmine laudatorio.

V. 59—64. *Nos ea etc. sensus vss. 59—63:* «Si nos ea carmina lepidissima, quæ tecum ipsi divi finxisse videntur, dignum in modum possumus celebrare humili poemate nostro, si carmine Latine scripto appropinquare possumus carminibus tuis Græca lingua et Græca venustate scriptis, plus iam procedimus optatis nostris» . . . *tecum finixerunt carmina divi,* in quibus componendis deos ipsos habuisti adiutores. — *Cynthius et Musae, Bacchus et Aglaie,* præter Apollinem etiam Bacchus poetarum fautor et Μουσαγέτης est, ut apud Ovid. Am. I. 3, 11—12: «At Phœbus comitesque novem vitisque repertor Hinc faciunt» et A. A. III. 347—348: «O ita, Phœbe, velis, ita vos, pia numina

vatum, Insignis cornu Bacche novemque deæ». Cf. Lygdam. 4, 43—44: «casto nam rite poetæ Phœbusque et Bacchus Pieridesque favent»; Propert. III. 2, 7—8: «Miramur, nobis et Baccho et Apolline dextro Turba puellarum si mea verba colit?» et ibid. IV. 6, 75—76: «Ingenium potis irritet Musa poetis: Bacche, soles Phœbo fertilis esse tuo». — *Cynthius et Musae*, cf. Verg. Catal. 4, 5—7. (de Octavio Musa historiarum scriptore): «Cui iuveni ante alios divi divumque sorores Cuncta neque indigno... dedere bona, Cuncta quibus gaudet Phœbi chorus ipseque Phœbus». — *Aglaie*, quattuor syllabis pronuntiandum; nomen unius ex Gratii. De Musarum cum Gratii societate cf. Eurip. Herc. Fur. 673: οὐ πάνσομαι τὰς Χάριτας Μούσαις συγκαταμιγνὺς, ἀδίσταν συζυγίαν. — *Si laude aequiperare humili*, *Messalla*, *Cameneae*, versus corruptissimus, in codice Bruxellensi ita exhibitus: «*Si laudem adspirare humili si adire Cyrenas*». Pro *laudem adspirare* emendavi: *laude aequiperare* (iungendum cum possumus vs. 63.), agitur enim de carminibus Messallæ dignum in modum hac elegia celebrandis; *Cyrenas*: ita emendare temptavit veterem corruptelam librarius quidam semidoctus, qui audivit nonnulla de Callimacho Cyrenensi elegiacorum Romanorum magistro, ego emendavi: *Cameneae* (cas. genit., iunge cum *humili*), præeunte editione Aldina II., ubi hic versus talem habet formam: «*Si laudem adspirare humili si adire camoena*». Quod autem ad *si adire* attinet, hoc loco *si* metri lege non admittitur, *adire* autem irrepsit ex vs. sq.: «*adire sales*» atque extrusit genuinam lectionem; reponendum videtur nomen *Messallæ* vocativo casu, nam in toto hoc carmine Messallam alibi non alloquitur nomine poeta, cum talis allocutio in huiuscmodi carmine nunquam soleat deesse, ut exemplis ceterorum poetarum luculenter docemur. Hoc loco certe aptissime ponitur viri celebrati nomen, postquam vs. 59. (*tecum!*) ad eum verba dirigere incepit poeta. — *laude aequiperare humili . . . Cameneae*, si humili (non magni pretii) carmine meo dignum in modum laudare possum tua carmina pulcherrima; ex Paneg. in Mess. 3—4: «e meritis si carmina laudes, Deficiant: *humilis* tantis sim conditor actis» et ibid. 24—25: «At quodecumque meæ poterunt audere *Cameneae*, Seu tibi *par* poterunt» etc. — *laude aequiperare*, ut Prudent. Cathemer. 3, 85: «Quæ veteranum

tuba quæque lyra . . . Divitis omnipotens opus . . . *Laudibus aequiperare queat?*» — *humilis . . . Camenæ*, modeste loquitur poeta novellus; aliter Hor. Carm. I. 12, 37—39: «Regulum et Scauros animæque magnæ Prodigum Paullum superante Pœno Gratus *insigni* referam *Camena*». — *Si patrio Graios carmine adire sales*, si hoc carmine meo Latino appropinquare possum tuis carminibus Græcis. — *patrio . . . carmine*, Latine scripto, ut Ovid. Pont. IV. 13, 33. (de carmine suo Getica lingua scripto): «Hæc ubi non *patria* perlegi scripta *Camena*». — *Graios . . . sales*, ad Messallæ carmina referendum, de quibus supra vs. 14: «*Carmina cum lingua tum sale Cecropio*». — *pingui nil mihi cum populo*, pro heroico carmine elegia parva in honorem tuum scripta non affecto plausum populi imperiti, qui Annales tantum magniloquos res bellicas celebrantes probat neque carmina elegantiora et venustiora (epyllia, elegias, idyllia, epigrammata) aestimare potest, sed probari volo a te, poeta doctissimo poeseosque neotericæ fautore, et a viris tui similibus. Ita loquitur discipulus τῶν νεωτέρων, Catulli, Galli, Propertii et Vergilii; cf. adn. supra ad vs. 1: «*Pauca . . . niveo sed non incognita Phœbo*». Scriptor ante oculos habuit Catull. 95, 1—2. (de Zmyrna, Cinnae epyllio): «*Parva mei mihi sint cordi monumenta sodalis: At populus tumido gaudeat Antimacho*» et ibid. 36, 19—20: «*Pleni ruris et inficetiarum Annales Volusi, cacata charta*». — *pingui . . . populo*, scriptor respexit Verg. Catal. 5, 4: «*Scholasticon natio madens pingui*». Hoc loco *pinguis* stultum significat, ut Ovid. Met. XI. 48: «*Pingue sed ingenium mansit*». Eodem sensu Hor. Sat. I. 3, 58: «*Tardo cognomen, pingui damus*», ibid. II. 6, 14—15: «*Pingue pecus domino facias et cetera præter Ingenium*» et ibid. II. 2, 3: «*crassaque Minerva*»; Cic. Læl. 5, 19: «*pingui Minerva*». Cf. Phœdr. prol. libr. IV. 17—20: «*Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui Vestras in chartas verba transfertis mea . . . Illiteratum plausum nec desidero*».

CORRIGENDA.

V. 20. *Trinacriae doctus iurenis* non Theocritum significat, sed pastorem Siculum cantandi peritum; cf. Verg. Ecl. 7, 4—5: «Ambo florentes æstatibus, Arcades ambo, Et cantare pares et respondere parati» et Theocr. 8, 3. ἄμφω τώγ' ὕστην πυρροτίχω, ἄμφω ἐνάβω, ἄμφω συρίσδεν δεδαγμένω, ἄμφω ἀείδεν.

V. 21. *Certatim ornabant omnes heroida diri*, ante vs. 21., qui cum præcedentibus parum apte cohæret, excidisse videntur aliquot vss. Scripsit fortasse Messalla præter bucolica etiam epyllion de heroide quadam.

V. 47. *Saepe trucem adverso perlabi sidere pontum*, versum imitatur auctor *Ciris* vs. 76: «Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum». Cf. etiam Catull. 4, 9: «trucemve Ponticum sinum».

irodalom között. 20 f. — V. Barna F.: Néhány össműveltségi tárgy neve a magyarban. 60 f. — VI. Télfy: Rankavis Kleon új-görög drámája. 60 f. — VII. Imre S.: A nevek ul és ük személyragairól. 40 f. — VIII. Ballagi M.: Emlékbeszéd Székács József t. tag fölött. 40 f. — IX. Vámbéry: A török-tatár nép primitív culturájában az égi testek. 20 f. — X. Wolf Gy.: Bátori László és a Jordánszky-codex bibliatordítása. 20 f. (1877—1879.) — **VIII. k. I. Dr. Abel J.**: Corvin-codexek. 1 K 20 f. — II. Barna F.: A morlávaiak pogány istenei s ünnepi szertartássai. 1 K. — III. Dr. Genetzi A.: Orosz-lapp utazásomból. 40 f. — IV. Gr. Zichy Á.: Tanulmány a japán művészetről. 2 K. — V. Szász K.: Emlékbeszéd Pázmáni Horvát Endre 1839-ben elhunyt r. t. fölött. 20 f. — VI. Hunfalvy P.: Ukkonpohár. A régi magyar jogi szokásnak egyik töredéke. 40 f. — VII. Mayer A.: Az ugynevezett lágy aspirák phonetikus értékéről az ó-indben. 1 K 20 f. — VIII. Dr. Ábel J.: Magyarországi humanisták és a dunai tudós társaság. 1 K 60 f. — IX. Dr. Pozder K.: Ujperzsa nyelvjárásk. 1 K. — X. Imre S.: Beregszászi Nagy Pál élete és munkái. 60 f. (1879—1880.) — **IX. k. I. Budenz J.**: Emlékbeszéd Schiefer Antal k. tag felett. 20 f. — II. Gr. Zichy Á.: A Boro-Budur Jáva szigetén. 80 f. — III. Ballagi M.: Nyelvünk újabb fejlődése. 40 f. — IV. Vámbéry: A hunnok és avarok nemzetisége. 60 f. — V. Hunfalvy P.: A Kún-vagy Petrarka-codex és a kúnok. 60 f. — VI. Szász K.: Emlékbeszéd Lewes Henrik György kiülső tag felett. 10 f. — VII. Barna F.: Ós vallásunk föstenei. 80 f. — VIII. Dr. Ruzsicska K.: Schopenhauer æsthetikája. 20 f. — IX. Barna F.: Ós vallásunk kisebb isteni lényei és áldozat szertartásai. 60 f. — X. Dr. Kont I.: Lessing mint philologus. 60 f. — XI. Bogisich M.: Magyar egyházi népének a XVIII. századból. 1 K. — XII. Simonyi: Az analogia hatásáról, főleg a szóképzésben. 40 f. (1880—1881.) — **X. k. I. Simonyi**: A jelentéstan alapvonala. 60 f. — II. Heinrich G.: Etzelburg és a magyar húmmonda. 40 f. — III. Hunfalvy P.: A M. T. Akadémia és a szuomi irodalmi társaság. 40 f. — IV. Joannovics: Értsük meg egymást. 60 f. — V. Ballagi M.: Baranyai Decsi János és Kis-Viczay Péter közmondásai. 20 f. — VI. Dr. Pecz V.: Eurípides tropusai összehasonlítva Aeschylus és Sophokles tropusaival. 1 K 20 f. — VII. Szász K.: Id. gróf Teleki László ismeretlen versei. 20 f. — VIII. Bogisich M.: Canticale et Passionale Hungaricum. 60 f. — IX. Jakab E.: Az erdélyi hirlapirodalom története 1848-ig. 1 K. — X. Heinrich G.: Emlékbeszéd Klein Lipót Gyula kültag felett. 80 f. — XI. Bartalus: Ujabb adalékok a magyar zene történelméhez. 80 f. — XII. Bánóczi J.: A magyar romanticismus. 20 f. — XIII. Bartalus I.: Ujabb adalék a magyar zene történelméhez. 80 f. (1882.) — **XI. k. I. Hunfalvy P.**: Ugor vagy török-tatár eredeti-e a magyar nemzet? 40 f. — II. Télfy: Ujgörög irodalmi termékek. 80 f. — III. Télfy: Középkori görög verses regények. 60 f. — IV. Dr. Pozder K.: Idegen szók a görögben és latinban. 1 K. — V. Vámbéry: A csuvavasokról. 60 f. — VI. Hunfalvy P.: A számlálás módjai és az év hónapjai. 40 f. — VII. Majláth B.: Telegli Miklós mestر magyar katechismussa 1562-ik évből. 20 f. — VIII. Dr. Kiss I.: Káldi György nyelve. 1 K. — IX. Goldziher: A muhammedán jogtudomány eredetéről. 20 f. — X. Barna F.: Vámbéry Ármin «A magyarok eredete» című műve néhány főbb állításának birálata. 1 K 20 f. — XI. Ballagi M.: A nyelvfejlődés történelmi folytonossága és a Nyelvőr. 40 f. — XII. Vámbéry: A magyarok eredete és a finn-ugor nyelvészet. I. 60 f. (1883—1884.) — **XII. k. I. Dr. Kont I.**: Seneca tragédiái. 1 K 20 f. — II. Dr. Nagy S.: Szombatos codexek. 60 f. — III. Szász B.: A reflexiv és vallásérkölcsi elem a költészethez s Longfellow. 60 f. — IV. Kúnos és Munkácsi: A belviszonyragok használata a magyarban. 1 K. — V. Vámbéry: A magyarok eredete és a finn-ugor nyelvészet II. 1 K. — VI. Wolf Gy.: Kikötő tanult a magyar irni, olvasni? 1 K. — VII. Thury J.: A kasztamuni-i török nyelvjárási. 1 K. — VIII. Télfy: Nyelvészeti mozgalmak a mai görögökönél. 40 f. — IX. Kálmány L.: Boldogasszony, ösvallásunk istennasszonya. 40 f. — X. Brassai: A mondát dualismusa. 1 K 20 f. — XI. Gr. Kuun G.: A kunok nyelvéről és nemzetiségről. 80 f. — XII. Ábel J.: Isota Nogarola. 1 K. (1884—1885.) — **XIII. k. I. Heinrich G.**: Kudrun, a monda és az eposz. 80 f. — II. Barna F.: A votják nép multja és jelene. 60 f. — III. Goldziher I.: Palesztina ismeretének haladása az utolsó három évtizedben. 80 f. — IV. Ábel J.: A homeroszi Demeter-hymnusról. 1 K. — V. Barna F.: A votjákok pogány vallásáról. 40 f. — VI. Szarvas Gábor: A régi magyar nyelv szótára. 20 f. — VII. Budenz J.: Egy kis viszhang Vámbéry Ármin ur válaszára. 40 f. — VIII. Szily K.: Ki volt Calepinus magyar tolmacsa. 20 f. — IX. Bogisich M.: Szegedi Lénárt énekeskönyve. 1 K. — X. Joannovics: Szórendi tanulmányok. I. rész. 60 f. — XI. Pecz V.: A kisebb görög tragikusok tropusai 20 f. — XII. Télfy: Heraclius. Rankavis Leon hellén drámája. 60 f. (1885—1886.) — **XIV. k. I. Ábel J.**: Az ó- és középkori Terentiusr biographiák. 80 f. — II. Joannovics: Szórendi tanulmányok

II. rész. 80 f. — III. Barna F.: A mordva nép házassági szokásai. 60 f. — IV. Télfy: Jelentés ujhellen munkákról. 60 f. — V. Kálmány L.: Mythologiai nyomok a magyar nép nyelvben és szokásiban. 20 f. — VI. Putnoky M.: Etymologium magnum Romanie. 40 f. — VII. Simonyi: A magyar szótár. 60 f. — VIII. Simonyi: A nyelvújítás történetéhez. 40 f. — IX. Brassai: Szórend és accentus. 80 f. — X. Télfy: Hárrom francia hellenista és a volapük. 40 f. — XI. Némethy G.: Euhemeri reliquiae. 1 K 20 f. — XII. Vikár B.: Gáti István steganographiája, kapcsolatban a modern stenographiával. 80 f. (1887—1899.) — XV. k. I. Dr. Schreiner M.: Az izslam vallásos mozgalmai az első négy században. 60 f. — II. Haraszi: André Chénier költészete. 3 K. — III. Simonyi: Kombináló szóalkotás. 80 f. — IV. Hunfalvy P.: Az aranyosszék mohácsi nyelvemlékek. 30 f. — V. Zichy A.: Psychiatria és politika. 20 f. — VI. Télfy: Ujabb hellén munkák és a hellén nyelvitanás. 1 K 20 f. — VII. P. Theuwewk E.: A magyar zene tudományos tár-gyalása. 40 f. — VIII. Asbóth O.: A hangsúly a szláv nyelvekben. 1 K 60 f. — IX. Simonyi: A nyelvújítás és az idegenszerűségek. 1 K 20 f. — X. Télfy: Kisfaludy Károly «Mohács»-a görögül. 80 f. — XI. Dr. Kégl S.: Tanulmányok az újabbkorai persa irodalom történetéből. 3 K. — XII. Gróf Kuun G.: Ujabb adatok a kún Petrarca-Codexhez. 30 f. (1889—1892.) — XVI. k. I. Finaly: A besztercei szószedet. 4 K. — II. Goldziher I.: A pogány arabok költészeteinek hagyománya. 1 K 20 f. — III. Asbóth O.: A szláv szó a magyar nyelven. 90 f. — IV. Pecz V.: Parapsychos Zoticos költeménye a várnai csatáról. 60 f. — V. Télfy: Új-görög munkák ismeretése. 40 f. — VI. Télfy: Két új-görög nyelvtan magyarul és a mai görög verstan. 40 f. — VII. Szamota I.: A Murmelius-féle latin-magyar szójegyzék 1533-ból. 1 K. — VIII. Hegediüs I.: Guarinus és Janus Pannonius. 1 K 60 f. — IX. Dr. Kúnos I.: Kisázsia török dialektusairól. 90 f. — X. Hegediüs I.: Dicsének Jacobus Ant. Marcellusra. Irtा Janus Pannonus. (1892—1897.) — XVII. k. I. Dr. Mahler: Egyiptológiai tanulmányok a choronologia köréből 30 f. — II. Kúnos: Naszreddin hosszú tűrei. 3 K. — III. Kégl S.: A persa népdal. 90 f. — IV. Melich J.: Melyik nyelvjárásból valók a magyar nyelv régi német jövevényiszavai? 1 K 20 f. — V. Kozma F.: Brassai Sámuel mint esthetikus és műkritikus. 2 K. — VI. Dézsi L.: Sz. Agoston reguláinak magyar fordítása Celsius (Bánffy) Gergelytől. 2 K. — VII. Vadnai: Czakó Zsigmond ismeretlen drámai költeménye. 30 f. — VIII. Gyomlay: Szent István veszprémvölgyi donatiójának görög szövegéről. 1 K 20 f. — IX. Mahler: Adalékok az egyiptomi nyelvhez. 60 f. — X. Id. Szinnyei J.: Az első magyar bibliographus. 60 f. (1898—1901.) — XVIII. k. I. Gyomlay: Bölc Leo Taktikája mint magyar történelmi kútforrás. 1 K 20 f. — II. Katona L.: Temesvári Pelbárt Példái. 1 K 20 f. — III. Némethy G.: A római elegia viszonya a göröghez. 48 f. — IV. Thúry J.: A «Behdset-til-Lingat» csagatáj szótár. 1 K 20 f. — V. Katona L.: Alexandriai sz Katalin legendája középkori irodalmunkban 1 K 60 f. — VI. Dr. Cserép J.: Határidőszámítás a rómaiaknál. 40 f. — VII. Thúry J.: Török nyelvemlékek a XIV. század végéig. 1 kor. — VIII. Szilasi M.: Adalékok a finn-ugor palatalis mássalhangzók történetéhez. 1 kor. — IX. Kégl S.: Szenáji. 3 kor. — X. Katona L.: A Teleki-codex. 1 kor. 60 f. — XIX. k. I. Bayer: Egy magyar Eszther-dráma. 60 f. — II. Haraszi: A renaissance francia színkötöttézet és a színserűség. 1 kor. 20 f. — III. Thúry J.: A közép-ázsiai török irodalom. 1 kor. 50 f. — IV. Melich J.: A brassói latin-magyar szótár-törédek. 60 f. — V. Pecz V.: A classica philologia jövője. 60 f. — VI. Hegediüs I.: Petrarca «Szózatja». 50 f. — VII. Kúnos I.: Ada-Kaléi török népdalok, fordítással és jegyzetekkel. 2 kor. — VIII. Cserép J.: C. Julius Cæsar commentariusaínak folytatásai és Asinius Pollio. 80 f. — IX. Melich J.: Sziksza Fabricius Balázs latin-magyar szójegyzéke 1590-ből. 3 K. — X. Kégl Sándor: Dselál ed-Din Rúmi négyisoros versei. 1 K 50 f. — XX. k. I. Ferenczi Zoltán: Petőfi és asocializmus. 1 K. — II. Schmidt J.: Az itáliai nyelvcsalád helyzete azindogermán nyelvek körében. 1 K 50 f. — III. Asbóth Oszkár: Szláv jövevényiszavaink. (I. rész.) 2 K. — IV. Melich J.: Révai Miklós nyelvtudománya. 1 K. — V. Némethy Géza: Ovidius és Lygdamus. 1 K. — VI. Geyza Némethy: De epodo Horatii cataleptis Vergilii inserto. 1 K. — VII. Goldziher Ignácz: Uri János. 30 f. — VIII. Horváth Cyril: Joannes Vercellensis és a magyar Margit-legenda. 90 f. — IX. Vári Rezső: A ciliciai Oppianus Halieutikájának kézirati hagyománya. I. (bevezető) rész. — X. Asbóth Oszkár: A *j > gy* változás a hazai szlovénel nyelvben és a dunántuli magyar nyelvjáráskban. 1 K 20 f.

Megrendelhetők, a mennyiben még készletben vannak, a Magyar Tud. Akadémia Könyvkiadó-hivatalában Budapest, V. Akadémia-utcza 2.